

## **Commentariorum ac disputationum, in tertiam partem divi Thomae tomi quinque**

Priorum vigintisex Quaestionum eius Partis expositionem complectens

**Suárez, Francisco**

**[Köln], 1617**

Sectio secunda. Vtrum voluntas Incarnationis antecesserit in Deo  
præscientiam originalis peccati, vel subsecuta fuerit.

---

[urn:nbn:de:hbz:466:1-93775](https://nbn-resolving.de/urn:nbn:de:hbz:466:1-93775)

tie, nam quoad hoc eadem est ratio de illa, & de scientia visionis, utraque enim est clara cognitione rei in se, vel ut possibilis, vel ut futura, seu potius existentis in tali differentia temporis, utraque ergo id intelligitur esse prius, a quo aliud pendet, illud vero posterius, quod pendet ab alio: quae vero inter se non habent huiusmodi connexionem, non erunt prius, nec posterius scita.

## SECTIO II.

*Vix voluntas Incarnationis antecederit in Deo præscentiam originalis peccati, vel subsecuta fuerit.*

**H**AE quæstio eadem est cum illa, an Incarnationis opus per se primo intentum fuerit à Deo in primo actu quo voluit ad extra se communicare, at vero solum fuerit ordinatum occasione sumpta ex lapsu humanæ naturæ præuiso. Item coincidit cum illa, an Christus Deus homo fuerit præordinatus, & præelectus & dilectus ante omnem creaturam, & auctor primus omnium prædestinatiorum hominum & Angelorum, ac denique an prædestinatio Christi fuerit ante, vel post præuisum originalis peccatum.

Accommodatus autem vixum est uti nomine voluntatis, quam prædestinationis, quia prædestinatio propriè, præsertim in doctrina D. Tho. significat rationem mediorum existentium in intellectu, quæ supponit in voluntate electionem, vel dilectionem, in qua radix huius difficultatis posita est, & in melius explicatur.

Prima est. *Præscentiam originalis peccati antecessisse in Deo voluntatem Incarnationis.* Quæ exsistimat esse sententia D. Tho. his art. 3, præsestim ad 4, ad hoc enim propositum dixit prædestinationem supponere præscentiam futurorum. Et ita exponit & sequitur Caeteran. hic, quamvis radicem & causam huius ordinis male declarat, ut ex his quæ prænotauimus constat. Item docent fere omnes discipuli D. Tho. Capreol. in 3. dist. 1. q. artic. 1. concl. 1. & ad argumentum contra illam, inclinant etiam in hanc sententiam Bonavent. Marfil. Ricard. & antiqui alii qui opinantur, si homo non peccasset, mysterium Incarnationis nullatenus futurum, quos infra referemus.

Fundamentum huius scientie est, quia prima ratio & causa quæ mouit Deum, ut vellet Verbum fieri hominem, fuit remedium humanæ naturæ lapsi, ergo illa voluntas hanc præscentiam præsupponit, consequentia patet ex supra notatis, ostensum est enim, tunc aliquid esse prius scitum, quam aliud sit datum, quando ratio amandi illud est aliquid existens, vel futurum in alio quod non potuit mouere voluntatem nisi præcognitum. Antecedens vero variis modis probari potest, primo ex Scriptura, quæ semper rationem in carnationem sumit ex hominum redēptione Matth. 18. Luc. 19. *Venit filius hominis querere, & saluum facere, quod perierat.* Ioan. 3. Sic Deus dilexit mundum, ut filium suum unigenitum daret ut omnes qui credi in ipsum non pereant, sed habeat vitam eternam. Ad Galat. 4. Misit Deus filium suum factum ex muliere factum sub lege, ut eos qui sub lege erant, redimeret. Et E. 1. ad Timot. 1. *Venit Iesus peccatores saluos facere, &c.* Et hoc significatum est Lue. 15. in parabola de pastore, qui relatis non agnoscit nouem oviibus venit ad quarerendum oviem perditam. Et in veteri testamento variis modis hoc præfiguratum est primo in Moysi misso ad liberandum populum dura servitute superposita. Exod. 3. Deinde in Iona misso in mare orta grauissima tempestate. Ac denique in Elia & Eliso, euntibus ad suscitandos pueros mortuos. 3. Reg. 17. & 4. Reg. 4. ex quibus testimonii sic concluditur:

Fr. Suarez. Tom. 1.

**A**vbique & semper ratio Incarnationis in scriptura nobis traditur ex redēptione nostra, & nulla alia datur quæ ad hanc non pertineat, vel in illa non contineatur: ergo hæc est prima causa, quæ mouit Deum ad hoc, mysterium; nec potest nisi voluntaria alia confingi, & ideo in symbolo posita sunt illa verba: *Qui propter nos homines, & propter nostram salutem descendit de celo.* Ex Conc. Nicen. Ephesi. Chalcedon. & Toletan. VI. & XI. Dicitur fortasse hanc esse primam causam Incarnationis in carne passibili, non vero mysterij ipsius quoad substantiam eius: & hoc fatis esse ad veritatem Scripturæ, nam, licet Pater per se, & ante præscentiam peccati decreverit Filium suum fieri hominem, tamen præuiso peccato volunt etiam, ut hic filius suus, quem incarnandum præviderat, veniret in mundum mortalis & passibilis, ut peccatores saluos faceret. Sed hæc euasio primum non fugit illam licentiam fugiendi causam aliam priorem sine illo fundamento. Deinde non satisficit testimonii, ex illa enim responsione fit, in carnationem non fuisse factam propter remedium peccati: sed tantum quandam eius circumstantiam, quod est contra scripturam, & contra expressam definitionem symboli: & sequela patet, quia (ut dicitur) nostra miseria, & necessitas remedii peccati non mouit Deum ut fieret homo, sed ad summum potuit diuinam voluntatem iam ad hoc determinatam amplius quasi excitare, & ad talem modum & circumstantiam etiam mouere. Confirmatur, & explicatur ex vulgaris exemplo, & vñlo quendam, nam quis dicitur iuuisse Romam, ut amicum e carcere liberaret, omnes intelligeremus illam fuisse causam primariam, & motuam, & si quis decreuerit ire Romam, ut sua negotia perficeret, & cognoscens postea amici necessitatem decerneret etiam illum liberare, & secum deferre pecuniam necessariam, non diceretur vere, causam motuam itineris eius fuisse amici libertatem, nec simpliciter propter eam causam venisse, sed tantum pecuniam attulisse. Sic ergo, &c. Tandem est coniectura huic spectans, nam cum hoc mysterium sit fundamentum salutis nostræ, & fidei, & ideo reueletur nobis, ut Dei amorem erga nos, & beneficium agnoscamus, credendum est fuisse nobis reuelatam primariam rationem, & causam illius, atq; eam esse, quæ frequentissime, & passim in Scriptura reperitur.

Probatur secundo ex Patribus, Athana. li. de humana. Verbi, multa habet, & inter alia: *Vñscias ex causa nostra defensus illius occasionem, rationemque fuisse prævaricationemque nostram Verbi accersisse clementiam, ut ad nos descenderet, & appareret inter homines Deus.* Certe si divina voluntas & per se, & sine occasione peccati iam incarnationem decreuerat, non appareret, quo modo nostra necessitas hanc benevolentiam à Deo elicuerit. Vnde idem Athanasius sermo. 3. contra Arian. latissime id persequitur exponens id Proverb. 8. Dominus creatus me. Vbi post multa concludit. pag. 104. Necesse est indigentiamque nostram anteriorem (sc. quam Christianitatem). Et præmisserat illam esse eam propria adiuventum illius. Quod amplius declarans subdit, *Qua sublata (scilicet, necessitate) carnem non induisse.* Sic etiam Nazian. oratione 36. & 4. Theolog. Humanitatem, inquit, suscepit a causa nostræ est, quid enim aliud causa esse potuisse? Eorat. 38. quæ est de natali Domini, idem late persequitur. Ibi vero & que docet homines esse ad supernaturalem beatitudinem occasione peccati Angelorum ordinatis sicut incarnationem occasione peccati hominum. Basilii hom. in sanctam Christi natuit. Basilius. Dicere, inquit, mysterium, propterea Deus in carne est, ut in ea mortem occidat: propterea Deus est in carne, quia oportebat maledictam hanc carnem sanctificari. &c. Cyril. Alex. 5. Thesau. capit. 8. Sciebat nos mortales futuros propter peccatum, ac ideo ante secula constituit, ut Verbum suum homo fieret, renonaretque hominem. Mul-

M 2 taque

Damasc.

taque habet similia lib. 8. contra Julian. Damascen. A lib. 3. cap. 1. & libr. 4. cap. 4. Quia nos melioris participes fecerat, & non custodiimus, assumptis ipse id quod detersus, nostram dico naturam, & c. Hanc etiam vnicam incarnationis causam agnoscit Chrysostom. homil. 2. & 3. in Matth. & prolixe satis sermo. 3. in Luc. idem homil. 1. in Psalm. habetur tom. 1. post expositionem eiusdem Psalm. Theodo. etiam in Epitome diuino-decret. cap. de Incarnatione. Homo, inquit, factus est, ut a peccato corruptam naturam reuocaret: neque enim diuinitatis integrum vniuersum suscepit naturam corporis, sed volunt naturam ipsam deuictam superare aduersarium, & referre victoriam. In eandem sententiam multa sumi possunt ex Cyril. Iero. solym. & cateches. 6. Epiph. lib. 1. contra heres. tom. 1. sub finem. Theophyl. Ioan. 3. circa id. Sic Deus dilexit mundum, & c. Iustin. lib. de vera fidei expositione. Gregor. Nys. lib. de sancto baptismo in principio, & copiose sermone quadam de Christi natura. Imo & Dionyius Areopagita. cap. 3. de coelest. heres. pag. 3. non longe a fine. Act tandem Iren. lib. 3. cap. 20. 21. & lib. 1. cap. 14. haberetilla verba notanda: Si non haberet caro sanguis, nequaquam verbum Dei caro factum esset, & si non haberet sanguis iustitiae, inquit, nequaquam sanguinem habuisset Dominus.

Vbi plane sentit hanc fuisse vnicam, & ad quata causam. Ex patribus Latinis Leo Papa frequenter sermonibus de natuitate & passione, totum negotium incarnationis in nostrum remedium, ut in primariam causam reuocat, & sermo. 3. Pentecost. eandem rem tractans concludit: Si homo in natura sua perfectione, & honore, in quo creatus est, permanisset, creatorum creatura non fieret, neque aeternis temporalitatem subiret, nequaquam formam serui, in similitudinem carnis peccati assumere. Idem Augustin. concione. 1. in Psalm. 68. circa id. Infelix sum in limo, & c. Sed ibi non tam de incarnatione quam de passione loquitur, concione tamen secunda in Psalm. 36. Si tu, inquit, O homo, non defereres Deum, non fieret proper te homo Deus, & sermo. 9. de verbis Apostoli. Nulla causa fuit veniam Christi Domino, nisi peccatores saluos facere, & ideo ser. 8. dixerat. Si homo non perisset filius hominis non venisset, & lib. 1. de peccat. inerit. capit. 26. post recitata multa Scriptura testimonio concludit: Quibus omnibus sufficienter apparet Dominum Iesum Christum non aitiam ob causam in carne venisse, nisi vi per hanc diffensionem misericordia gratia eis ad capessendum regnum celorum iustificaret, liberaret, redimeret, qui prius fuissent in peccatorum morte, & c. Verum est August. interponere haec verba. Non aliam ob causam in carne venisset a formaseruit accepta factum obedientem usque ad mortem. Sic etiam lib. 3. Hypognos. circa principium dicit: Quid opus erat Deo si statim integer natura manere humana carnem susciperet nostram? Sed addit statim: Consumelas sustinere, mortem perire? Greg. lib. 4. in 1. Reg. capit. 1. nullam aliam esse incarnationis causam docet his verbis. Nisi Adam peccasset Redemptorem nostrum carnem susciperet nostram non oportaret. Idem fere. 17. Moral. c. 18. Hieron. in cap. 7. Eccles. Quia homo, inquit, infixus in limo peccati indiguit maiori auxilio, dico venit ipsa aperientia. Ambro. libro de Incarnationis Dominis sacrament. capit. 6. Quare erat causam incarnationis, nisi ut caro qua peccauerat, redimeretur? Vnde Tertul. lib. de carne Christi, quærens cur Deus nostrum & non Angelorum naturam sumperserit, hanc vnicam assignat causam, quia nostra natura erat redimenda, non angelica, sentiens hanc vnicam esse rationem tanti mysterij faciendi. Vnde etiam Bernard. serm. 1. in vigil. Natiuit. Quare, inquit, filius Dei factus est homo: nisi ut homines faceret filios Dei? Idem sumi potest ex Cypria. sermo. de passione Domini. Pro libro sent. Aug. 314. Anselmo, utroque libro, Cur Deus homo, & de concept. Virgin. c. 17. Laetan. li. 4. de vera sapientia. c. 24. & 25. Hi omnes nullam aliam causam agnoscunt, nec pos-

sunt hæc testimonia aduentu in carne possibili explicari, cum de ipsa incarnatione quoad substantiam eius loquantur absolute, quin etiam multa excludunt expresse omnem aliam causam, hæc deficiente, assumptionem carnis simpliciter negant: Vnde hoc sensu videtur canere Ecclesia Sabbatho sancto: O vere necessarium Ad peccatum, & c. Quia nimis præbuit occasione & causam ad tantum mysterium necessariam. Vnde ibidem dicitur: Quid enim nobis profuit nisi redimi profuisse? Quasi indicans ablato commodo redemptionis superuacuum fore tantum mysterium. Ultimo Petr. Chrysost. ser. 150. Si non impletus, inquit, carnis ordinem, carnis in illo est ostio/sa suscepit: implere autem carnis ordinem, ut ibidem explicat, est passionibus carnis subiecti, quali dicat assumptionem carnis impassibilis futuram fuisse otiosam, & sine causa.

Tertio probatur hæc sententia ex effectibus, per quos etiam solet nobis innotescere diuina voluntas. Si enim omnia quæ Deus in hoc mysterio perficiendi seruauit, considerentur, non obscure indicant primum motuum illud efficiendi fuisse hominum redemptionem. Primo quod natura humana potius quam Angelica assumpta est, ut supra Tertul. Secundo quod filius potius quam alii personæ carnem assumpsit, ut per eum homo redimeatur; qui est imago & similitudo patris, quia homo appetendo Dei similitudinem, & imaginem peccauerat, Athanas. ait libro de humanitate Verbi, Ut per quem rerum naturam condidit Pater, per eundem quoque eam incolorem & saluam præberet. Tertio in circumstantiis temporis, loci, & modi, & c. omnia etiam hæc, & similia fuerunt accommodata ad nostram redemptionem: ex circumstantiis enim colligimus substantiam rei, & ex mediis finem. Quarto videmus statum innocentium institutum independenter à Christo, cuius signum est, quia in eo constitutus fuit Adam caput totius naturæ humanae, si autem iam tunc Christus fuisse prædestinatus, quorū præter tantum caput aliud extitit.

Quarto probari potest ex conjecturis & congruentiis, quia scilicet tantum opus non debuit ordinari nisi magna urgente causa & necessitate, sicut enim omnia diuina attributa magis in eo relucunt. Charitas quæ inimicis tantum contulit beneficium. Bonitas quæ ex tanto malo tanti boni sumpsit occasionem. Iustitia & misericordia, quæ per se parent ex supradictis. Liberalitas quæ suo tempore opportunitissime bona communicaat. Sapientia quæ demonis astutiam non potentia solum, sed summa industria superauit. Denique ipsius Verbi maiestas, nam cum sit supra totius creaturæ ordinem, non debuit quasi in ordinem redigi, ut solum propter perfectionem vniuersi coniungeretur creature: sed tamen propter sui patris iniuriam vindicandam.

Quod si contra hanc sententiam obiciatur, quia Christus dicitur esse causa finalis nostra gratia, & Trident. iustitia, ut in Trident. sess. 6. c. 7. Vnde fieri videtur in genere causa finalis fuisse prius in voluntate Dei, quam reliquos homines, nam alij, propter ipsum potius amati sunt in eiusque gloriam, quam ipse propter alios, ergo multo magis voluntas Dei ad Christum, seu ad mysterium incarnationis antecelsit voluntatem permittendi hominum lapsum, & consequenter præscientiam illius. Respondent distinguendo, nam aliud est considerare in Christo, quod sit Deus homo, & mereatur, ac satisfaciat: aliud vero est quod ipse Christus honoretur & glorificetur ab hominibus. Sub priori ergo ratione fuisse incarnationis quod esse, & mereri est remedium peccati, atque hominum bonū, sub posteriori ratione honor & gloria. Verbi incarnati est finis remediū peccati, & omnis

Petr. Chrys.  
sol.

August.

Gregor.

Hieronym.

Ambros.

Tertul.

Bernard.

Cyprian.

Proph.

Ansel.

Lactan.

& omnis gratia hominibus datur, ut Tridentinum A dixit, & hoc satis est, ut Christus dicatur finis nostræ iustitiae, & redemptionis, ad hoc enim non est necessario nostram iustificationem fieri, vt Christus sit, vel ut sit homo, sed ut honoretur & glorificetur, sicut etiam Deus est finis rerum, non quod talia fiant, vt Deus sit, sed ut Deus honoretur, non enim semper finis dicitur ille, qui per media, aut actionem sit, sed etiam ille cui comparatur, vel in cuius utilitatem sit id, quod intenditur, ut medicina finis est sanitas, & homo qui sanatur, illa ut finis factus, cuius gratia applicantur media, hic ut finis propter cuius utilitatem sanitas intenditur, quo modo iuxta veriorem expositionem distinxit Arisdot. 2, de anima, text. 35. & 37. duplice finem, quo, vel cui, finis enim enim dicitur, in cuius gratiam, vel utilitatem res fit. Finis vero quo, est id quod fit, quoque alius perficitur, vel honoratur: qui etiam dicit solet, cuius gratia, his autem finibus se accedit, ut sint sibi inveniuntur finis sub diversa illa ratione. Potentia enim est propter operationem, ut propter finem factum: ipsa vero operatio & res per illam facta est sepe propter ipsam potentiam, ut scilicet illam perficiat, & actuet. Et rex est propter regnum, ut illud regat, & in pace & ordine tueatur: ipse vero est, in cuius gloriam & honorem totius regni bonum redundat.

Denique si quaerieris ab autoribus huius sententiae, cur veluti expectaverit Deus præscientiam peccati ad ordinandum & volendum tantum mysticum. Relata sententia Caietani supra impugnata, qui melius sentiunt, respondent non esse aliam rationem efficacem, nisi liberam voluntatem Dei, que nobis in Scriptura significata est. Vnde iuxta opinionem hanc talis constitutio ordo in prædestinatione Christi respectu aliorum hominum. Primo voluit Deus creare homines ( ut Angelos nunc omniamus, ut se fruerentur in æterna, & supernatura beatitudine. Secundo ut possent ad eam beatitudinem perduci, eamque mereri, voluit illis conferre iustitiam & supernatura auxilia in Adamo. Tertio voluit permittere peccatum Adæ. Quarto prævidit illud. Quinto voluit remedium adhibere. Sexto elegit incarnationem ut optimam, & accommodatissimam medicinam contra peccatum. Et iuxta hunc ordinem noluit hoc bonum nisi occasione peccati, & hoc sensu dici potest occasionatum, ut Scotus loquitur, qui hoc infert canquam inconveniens. Quod tamen in rigore nullum est, non enim dicitur occasionatum, quia in se non sit maximum bonum, & per se amabile etiam occasione peccati: sed quia Deus noluit illud bonum, nisi oblatum tali occasione, quod pro libertate sua facere optime potuit, ut de aliis operibus & mysteriis gratie facile credi potest, ut de mysterio Eucharistie, & similibus.

Secunda sententia affirmit, Christum Dominum fuisse prædestinatum, seu electum ante præscientiam originalis peccati, atque a deo voluntatem incarnationis antecessisse voluntatem permittendi peccatum Adæ. Ita tenet Alexan. Aten. 3, part. quæstio. 2, membr. 13, Albert. in 3, distin. 10, articul. 4, Scotus dist. 7, quæstio. 3, dist. 19, §. In ista quæstione. A fere alii qui sentiunt, etiam si homo non peccasset, incarnationis mysterium fuisse futurum. Fundamentum huius sententiae est, quia existimat Deum non voluisse primo incarnationem ob remedium peccati, seu oblatam occasione peccati, sed propter seipsum, seu quia per se est aptissimum opus ad communicandam & manifestandam diuinam bonitatem, quod fundamentum infra latius tractabimus. Modus autem explicandi hanc sententiam non est idem apud omnes. Scotus enim in tertio distin. 19, & distin. 22, quæst. vñica articul. 3, post. actum scientie simplicis intelligentie, primum actum liberum

Fr. Suarez, Tom. 1.

voluntatis diuinæ videtur ponere electionem prædestinorum, quam dicit fuisse ante præscientiam originalis peccati. In secundo signo dicit Deum præuidisse peccatum, in tertio ordinatus redemptio, Christum autem ponit primum prædestinatum in primo signo cum ceteris. Alij vero ut Catherinus Catherini primam voluntatem Dei dicunt fuisse communica-re se creaturis, & in secundo signo elegisse incarnationis opus, & tertio propter Christum voluisse crea-re reliqua omnia, & inter alia ipsos homines, & dare illis originalem iustitiam. Quarto voluit permittere peccatum. Quinto prævidit illud. Sexto voluit redemtionem per Christum. Alij denique existimant Deum in primo signo sive liberæ voluntatis voluisse se perfecte communicare condendo vniuersum quoddam constans ex omnibus gradibus, & ordinibus rerum, naturæ, & gratiæ, & vñionis hypostaticæ: ita tamè, ut esset connexio, & ordo inter res omnes, ita ut in inferiora superioribus ministrarent: superiora vero inferioribus præsenserent: & ita in hoc primo ligno voluit Christum tanquam caput totius vniuersi. Secundo ad exequendam hanc intentionem voluit ( vñalia omittam ) producere humanum genus in Adamo, & illi conferre iustitiam, &c. Tertio voluit permittere peccatum. Quarto præsciuit. Quinto ordinavit redemtionem per Christum. Et inter hunc ac præcedentem modum forte res conceperat eadem est, solum est diversitas in modo illam explicandi. Quid autem eligendum sit, dicemus in inferius,

Inter has sententias duæ aliae veluti media exco-  
gitaris possunt. Tertia itaque sit, voluntatem incarnationis possit comparari, vel ad voluntatem permittendi peccatum Adæ, vel ad præscientiam eiusdem peccati. Si voluntas ad voluntatem comparetur iuxta opinionem hanc, non est una altera prior, sed omnino simili, quamquam mysterium incarnationis fuerit prædestinatum per primam illam voluntatem, quia voluit Deus perfectum vniuersum condere, in quo conuenit hæc sententia cum præcedenti. Ratio vero huius partis est, quia supposita præscientia simplicis intelligentie supra explicata, quia Deus cognovit ut possibilia, creationem Angelorum & hominum, mysteria gratiæ & vñionis hypostaticæ, & permissionem peccati, &c. Non est necesse intelligere Deum prius vñus voluisse quā aliud, sed vñica simplicissima voluntate hæc omnia voluisse, quatenus ex eis totum vniuersum quasi vñus quid ab-solutum & perfectum coagatur. Confirmari hoc potest & explicari, quia voluntas incarnationis, & voluntas permittendi peccatum, non sunt ita inter se cōnexæ, ut vna aliam supponat, vel ab illa supponatur: neutra enim est causa, vel ratio alterius, quia nec voluntas incarnationis propter peccatum est, ut hæc sententia supponit, nec voluntas permittendi peccatum propter incarnationem, ut per se notum videatur, neutra ergo est prior alia. At vero si illa voluntas ad præscientiam peccati comparetur, hæc considerari potest dupliciter, primo per modum scientie visionis, quæ subsequitur voluntatem & sic est posterior, ut per se constat, vel per modum simplicis intelligentie, per quam cognoscuntur futura, vel sub conditione modo supra explicato, vel absolute, si ipsam diuinam voluntas libera præscribit etiam intelligatur per modum futuræ, ut superius etiam explicatum est, & sic antecedit præscientia voluntatem, ex quibus satis etiam constat huius sententiae fundamentum.

Quarta sententia est, mysterium vñionis hypostaticæ fuisse præordinatum à Deo in illo primo signo, quo se voluit extra communicare; quia illud decretum fuit perfectum, & ideo comprehendit omnes gradus & ordines rerum: in quibus supremū locū tenet vñio hypostaticæ, per quam sit summa diuinæ bonitatis communicatio. Addit tamen hæc opinio, mysterium incarnationis ut sic non fuisse in illo

M 3

signo

signo præordinatum, sed in alio posteriori signo post præsumum originale peccatum: nam vno hypostatica per se abstrahit, & à persona Verbi & à natura humana, quam incarnatio, vt hoc nomine significatur, includit: vnde hypostatica vno secundum se prior est, quam Incarnatio, & independens ab illa, & per se iusticiens ad completam Dæi communicationem, qua in primo illo signo intenta est: in illo ergo tantum fuit decretum, vt Deus assumatur intellectus naturam, abstrahendo ab hac vel illa persona, & vna aut plurib⁹, & à natura humana vel angelica, in inferioribus enim non erat decentia, vt in eis hæc vno fieret. Et hoc est fundamentum huius sententia, scilicet quia motuum, ob quod Deus in illo primo signo potuit decernere seu desipire hoc mysterium, non petebat hanc incarnationem, sed solum vno signum hypostaticam, vt explicata est. Aliunde vero omnia motus & rationes, ob quas Deus vultus hanc vniōem hypostaticam in hac natura, & in hac persona potius quam in aliis, sumpta sunt ex occasione peccati, & ex remedio eius: ergo voluntas in incarnationis, quoad hanc determinationem non antecessit, sed subsecuta est, præscientiam peccati. Sicut iuxta Scotti sententiam, quamvis Incarnatio quoad præsentiam præordinata sit in primo signo, antea præsentiam originalis peccati, quoad passibilitatem vero definita est in posteriori signo post præsentiam eiusdem peccati: quia tota occasio & ratio passibilitatis orta est ex peccato: sic ergo loquitur hæc opinio non tantum de passibilitate, sed etiam de determinata ratione vniōis hypostaticæ quoad talem naturam & talem personam. Ex quo infertur primo iuxta hanc sententiam Deum quidem primus ac per se voluisse, vt Verbum fieret homo properet redemtionem hominum, quod tamen Deus assumeret naturam intellectualem, vt sic, nō primo fuisse voluntum à Deo properet redemtionem, sed per se properet complementum vniuersitatis. Atque Filium Dei venisse propernos, & propter nostram salutem, & similiiter factum esse hominem propernos, Deum tamen neque venisse propernos, neque assumptum se intellectualem naturam vt sic propernos secundum infert hæc opinio, Deum in volenda vniōne hypostatica nullum specialem amorem ad homines ostendisse, magis quam ad angelos, atque adeo primum decretum de vniōne hypostatica factum, nullo modo fuisse ortum ex speciali hominum amore, vel (ut proprius loquar) non fuisse specialem hominum amorem, sed hunc habuisse tantum locum in posteriori voluntate, qua voluit Deus illam vniōem fieri in tali persona & natura ex illo speciali amore, quem ad homines iam lapsos habuit, cum voluit illos redimere. Tertio dñe in infert hæc opinio, quod si homo non peccasset, ex vi præsentis decreti, Deus qui demulcitur natura intellectuali hypostaticæ vniōis, Verbum tamen non incarnaretur ex vi præsentis decreti. Sed oportet aliud decretum habere Deum circa modum, quo hypostatica vniō tunc esset perficienda. Quæ tres illationes pertinent quidem ad sequentes sectiones, quartam, scilicet & quintam: hic autem breuiter tæxta sunt, ne oporteat sententiam hanc per partes referre & examinare, quam non invenimus in antiquis autoribus, sed à quodam recentiore excoegerata esse videtur.

In hac questione vnum est, quod ad rem maximam pertinere videtur, scilicet, an hoc mysterium fuerit intentum a Deo in prima voluntate, qua voluit universum perfectum condere, sicut creatio angelorum & hominum, & iustificatio, & eterna beatitudine per se intenta fuit: an vero solum quasi per accidentem post permisum, & praevisum peccatum, & ex huius decisione pendent alia, que postea tractabuntur.

Dico ergo primo, Deum primaria intentione, & prima voluntate quā voluit se **creaturis** communī.

care, voluisse mysterium Incarnationis, & Christum *ebiſſus* p. Dominum Deum simul & hominem, vt esset caput *mus præd-* & finis omnium diuinorum opérum sub ipso Deo. *ſtinat* & Hanc conclusionem præter autores citatos docuit *ſtūmūm* elegantissime Rupertus Abbas, libro 3. de gloria & honor Filij homini in Matt. & lib. 13. de gloria Trinitatis, & processione Spiritus Sancti, capite vigesimo, vbi inter alia inquit. Religioſe dicendum, reueren- terque est audiendum, quia propter hunc hominem gloria & honore coronandum *D E V S omnia creauit*, Et in fra- Rediſt dicitur non hominem propter Angelos, sed propter quendam hominem Angelos quoque factos esse, & cetera omnia. Et hoc conformat testimonii Proverbiorum, octauo & ad Hebreos, secundo. Eandem opinioneſe sequitur Cyril. libro quinto, Thesau. c. 8. *Cyril.* Et pro eadem referri potest Irenæus libro 3. c. 33. & *Irene.* August. lib. 1. de nup. cap. 21. quorum patrum verba, & sententias in sequentibus dubius commodius tractabimus; & ex aliis patribus hoc ipsum confir- mabimus. Refert etiam Galatin. lib. 7. de Arcanis *Galatin;* c. 2. & 4. esse communem traditionem Hebreorum *D E V M* propter amorem Mefsiæ omnia creasse. Ac propterea Iaia 4. vocari igerem, & Psalm. 67. vo- cari fructum terræ, quia sicut hæc sunt quasi finis, & pulchritudo arboris, ita Mefsiæ totius vniuersi. Et quamquam in scriptura non habeatur expreſſe, po- test tamen magna cum probabilitate colligi primo ex veteri testamento, Proverb. octauo. Dominus pos- sedu me in initio viarum suarum. Vel, ut septuaginta tranſlulerunt, Dominus creauit me in initio viarum sua- rum. Hæc enim verba de sapientia incarnata expo- nunt fere omnes antiqui patres Græci & Latini. Clemens Ro- Clemens Romanus lib. 5. confit. Apostoliq. cap. 19. & manus, Concilium Hispanum. II. cap. 13. Iustinianus Impera- Conci. Hi- tor in edicto fidei ad Ioan. 2. vbi in eandem sententia ſpal- lam citat Basilium, qui eam habet libr. 4. contra Eu. *Inſt. Imperi-* nomium, & eandem habet Athanasius sermo 3. con 10. *tor.* tra Arianos. Et in expositione fidei. Gregor. Nazia- Basilius. Zen orat. 36. circa principium. Cæſarius dialogo II & *Arianus.* Gregor. Nyſtens libro de fide ad Simplicium. Et Greg. Naz. Cyril. Alexandrinus lib. 5. Thesau. cap. 4. & 8. qui ex- Greg. Nyſt. preſte inquit: Quarendum est quia ei qui dixit. Dominus Cyril. Ali- creauit me, & responderet Christus iam homo factus. Idem xand. Chrysostomus ferm. de Sancta Trinit. & Damas- Chrysost. cœ. lib. 4. cap. 19. vbi dicit quædam dicunt in Scriptura de Christo ante humanitatem aſſumptam vatici- nandi modo, interdum vt futura, interdum vero vt præterita, vt est illud: Dominus creauit me: Et illud, Propterea vnxit te Deus Deus tuus. Vbi aperie sentit v- trumq; esse dictum ratione humanitatis. Idem do- cet Hieronym. lib. 2. in Mich. in principio, & super Hieronym. ad Ephes. 2. August. ferm. §. de verbis Domini, & lib. 1. de Trinit. cap. Secundum formam, inquit, Dei ante onnes colles genu me, ſecundum formam serui Dominus creauit me in initio viarum suarum. Idem Hilarius 1. Hilarius. de Trinit. & Ambrosi. de fide, cap. 7. & Fulgentius *Ambros.* lie. ad obiectiones Arian. in responsione ad tert. Fulgent. am. Eſtibian.

Denique Epiphanius in Ancorato, & h[ab]et. 69.  
dicit, hanc esse expositionem magnorum Patrum;  
neque esse reliquiam. Cum enim Ariani abute-  
rentur hoc testimonio, ut probarent Filium Dei esse  
creaturem, Sancti respondebant illud sicut dictum  
ratione humanitatis, secundum quam interdum  
creatus dicitur, ut notauit Idatius Clarus, libro con-  
tra Vatiman. Arian. tom. 5. Bibl. sanct. ex illo ad E. Ilat. Clari  
phes. 4. Induite nouum hominem, qui secundum Deum  
creatus est. Et ad Hebr. 4. Qui fidelis est ei, qui creauit illum, Hebr. 4.  
Et quamvis viligata non habeat Verbum, creauit,  
sed posedit. Et Hieronymus supra, & in epistola 139. Hieronymus  
ad Cyprianum in tomo 3; ita proprius ex Hebreo  
verti doceat: non tamen refert, quia etiam dicunt  
Deus possidere ea quia creauit, immo illorum propriis  
sime dicitur esse dominus, & ita ad hoc ipsum pon-  
derauit Ambrosius verbum illud: Dominus possedit me. Ambros.

Si enim filius, vt Deus loqueretur, non dominum vocaret sed patrem. Dicitur ergo Christus in quantum homo conditus ab aeterno, *In initio viarum Dei*, non secundum rem, sed secundum propositum, & intentionem Dei, nec solum significatur ut cuncte fuisse aeterno Dei consilio conditum: hoc enim commune est omnibus rebus quae in tempore creantur, sed singulari quodam modo, nimirum quia in ipsa mente Dei primatum habuit, & conditus est, *In initio viarum Dei*. Quod inferius illis verbis declaratur, *Ab aeterno ordinata sum, & ex antiquis antequam terra ficeret*. Volut enim sapientia loco laudare hanc-sapientiam incarnatam ab antiquitate & origine, & quia in re non prius productum est secundum humanitatem, quam aliae res creatae fuerint: ideo illam considerat in aeterno Dei consilio, in quo antequam quidquam factum esset, ipsa fuit initium viarum Dei. Verum est nonnullos ex citatis patribus, viarum nomine opera redemptionis intelligere, sed vt rectius Athanasius intellexit viarum nomine Dei opera intelliguntur, sicut enim via vestigia efficitur, ita Dei effectus vestigia Dei & via quodam sunt, quae ad ipsum nos ducunt, & ideo Psal. 14. dicitur. *Iustus dominus in omnibus viis suis*. Et statim exponitur, *Et iustus in omnibus operibus suis*. Et Psalmo. 24. *Vniuersa via Domini dicuntur misericordia & veritas*. Quia in omnibus Dei operibus haec virtutes potissimum relucunt. Et ideo Sapiens quasi explicans has vias subdit: *Antequam quidquam saceret a principio, & antequam terra ficeret*. Et cum hac expositione concordat similis locus Eccles. 2.4. *Ab initio & ante aetate creatas sum, &c.* Vbi post similia verba tandem concludit, *Posuit David puer suo, excitare regem ex ipso foris sumum, & in throno honoris sedentem in semperitum*. Quae verba de solo Christo intelligi possunt, de quo illa. 2. dicitur: *Super regnum David, & super solium eius sedebit vsque in semperitum*. Cetera ergo de Christo accommodatissime intelliguntur. Et quamquam non negem posse habere haec testimonia alias expositiones liberæ consentaneas: non est autem, cur haec reiiciatur, quae & literæ quadrat, & ab antiquis patribus indicata est.

Secundo probatur ex novo testamento, praesertim ex Paulo ad Colos. vii. de Christo homine Deo promiscue loquitur, & vt Deum vocat illum *Imaginem Dei inuisibilis*, Vt hominem vero, vocat *Primogenitum omnium creature*. Ita enim intellexi verbum illud Concilium Sardicease epistola ad omnes fidèles, & sumit ex Concil. Ephes. tomo. i. cap. 4. & 5. & tom. 4. cap. 26. vbi Christus dicitur *unigenitus, vt Deus, primogenitus, vt homo*. Quam expositionem habent loco Glossæ, Anselmus, & Hieronymus, qui dicit vocari Christum primogenitum, non tēpore sed honore. Et Chrysostomus homil. 15. circa id ad Rom. 8. *Vt sit ipse primogenitus in multis fratribus, Hoc, inquit, ita capias ut de dispensatione illius dicta esse intelligas: nam secundum diuinitatem unigenitus est, per humanitatem autem frater noster effectus est*. Vt loquitur Nazian. oratio. 43. post medium. Et ideo Augustinus contra epistolam fundat. cap. 27. dicit. *imperite & impie queri fratres Christo, nisi secundum quod homo apparere dignatus est*. Rationem autem, propter quam Christus vt homo est primogenitus omnis creature, subdit Paulus citato loco ad Coloss. i. dicens: *Quoniam in ipso condita sunt vniuersa, & ipse est ante omnes, & omnia in ipso constant, & ipse est caput corporis Ecclesie*. Ac denique concludit, *Vt sit ipse in omnibus primatum tenens*. Vbi (vt Chrysostomus, & alii intelligunt) plane loquitur de Christo vt homine, nam vt ficeat caput Ecclesie, & primogenitus ex mortuis, vt ibidem dicitur: ergo vt sic primatum in omnibus habet etiam in aeterno concilio & mente DEI. Ac denique in eo etiam, vt homine condita sunt vniuersa. Ex quo verbo su-

A mitur noua confirmatio, nam Christus vt Deus homo, est finis, propter quem, & in cuius honorem Deus omnia creavit, hoc enim significat verbum illud. *In quo condita sunt vniuersa*. Et eodem modo dicitur ad Heb. 2. *Christum esse eum propter quem omnia*, Hab. 2.1. Rupert. Ansel. 11. Cor. 1. Et supra notauit Rupert. & ibidem exponit Anselm. *Et idem sumuit ex verbo illo i. ad Corinth. 3. vbi Paulus ad iustos & praedestinatos loquens inquit: Omnia, vestra sunt, vos autem Christi, Christus vero Dei*. Dicuntur autem omnia esse electorum in ratione finis, quia propter eos omnia creata sunt, vt salutem & gloriam consequantur.

Eadem ergo ratione tam ipsi praedestinati, quam omnia alia, Christi esse dicuntur, propter quem tanquam propter finem proximum creata sunt omnia. Et ideo ad Hebr. 1. Christus dicitur *constitutus heres vniuersorum*, quod de Christo vt homine necessario intelligendum est, nam, vt Deus, non est heres, sed natura sua dominus. Vnde etiam quod subditur, *per quem fecit & secula*, eidem homini Christo, per quem Pater nobis locutus est, attribui videtur. Et ita Chrysostom. 71. in Ioan. dicit omnia operari. Chrys. 1. Paul. 14. 2. 11. 12. 13. 14. 15. 16. 17. 18. 19. 20. 21. 22. 23. 24. 25. 26. 27. 28. 29. 30. 31. 32. 33. 34. 35. 36. 37. 38. 39. 40. 41. 42. 43. 44. 45. 46. 47. 48. 49. 50. 51. 52. 53. 54. 55. 56. 57. 58. 59. 60. 61. 62. 63. 64. 65. 66. 67. 68. 69. 70. 71. 72. 73. 74. 75. 76. 77. 78. 79. 80. 81. 82. 83. 84. 85. 86. 87. 88. 89. 90. 91. 92. 93. 94. 95. 96. 97. 98. 99. 100. 101. 102. 103. 104. 105. 106. 107. 108. 109. 110. 111. 112. 113. 114. 115. 116. 117. 118. 119. 120. 121. 122. 123. 124. 125. 126. 127. 128. 129. 130. 131. 132. 133. 134. 135. 136. 137. 138. 139. 140. 141. 142. 143. 144. 145. 146. 147. 148. 149. 150. 151. 152. 153. 154. 155. 156. 157. 158. 159. 160. 161. 162. 163. 164. 165. 166. 167. 168. 169. 170. 171. 172. 173. 174. 175. 176. 177. 178. 179. 180. 181. 182. 183. 184. 185. 186. 187. 188. 189. 190. 191. 192. 193. 194. 195. 196. 197. 198. 199. 200. 201. 202. 203. 204. 205. 206. 207. 208. 209. 210. 211. 212. 213. 214. 215. 216. 217. 218. 219. 220. 221. 222. 223. 224. 225. 226. 227. 228. 229. 230. 231. 232. 233. 234. 235. 236. 237. 238. 239. 240. 241. 242. 243. 244. 245. 246. 247. 248. 249. 250. 251. 252. 253. 254. 255. 256. 257. 258. 259. 260. 261. 262. 263. 264. 265. 266. 267. 268. 269. 270. 271. 272. 273. 274. 275. 276. 277. 278. 279. 280. 281. 282. 283. 284. 285. 286. 287. 288. 289. 290. 291. 292. 293. 294. 295. 296. 297. 298. 299. 300. 301. 302. 303. 304. 305. 306. 307. 308. 309. 310. 311. 312. 313. 314. 315. 316. 317. 318. 319. 320. 321. 322. 323. 324. 325. 326. 327. 328. 329. 330. 331. 332. 333. 334. 335. 336. 337. 338. 339. 340. 341. 342. 343. 344. 345. 346. 347. 348. 349. 350. 351. 352. 353. 354. 355. 356. 357. 358. 359. 360. 361. 362. 363. 364. 365. 366. 367. 368. 369. 370. 371. 372. 373. 374. 375. 376. 377. 378. 379. 380. 381. 382. 383. 384. 385. 386. 387. 388. 389. 390. 391. 392. 393. 394. 395. 396. 397. 398. 399. 400. 401. 402. 403. 404. 405. 406. 407. 408. 409. 410. 411. 412. 413. 414. 415. 416. 417. 418. 419. 420. 421. 422. 423. 424. 425. 426. 427. 428. 429. 430. 431. 432. 433. 434. 435. 436. 437. 438. 439. 440. 441. 442. 443. 444. 445. 446. 447. 448. 449. 450. 451. 452. 453. 454. 455. 456. 457. 458. 459. 460. 461. 462. 463. 464. 465. 466. 467. 468. 469. 470. 471. 472. 473. 474. 475. 476. 477. 478. 479. 480. 481. 482. 483. 484. 485. 486. 487. 488. 489. 490. 491. 492. 493. 494. 495. 496. 497. 498. 499. 500. 501. 502. 503. 504. 505. 506. 507. 508. 509. 510. 511. 512. 513. 514. 515. 516. 517. 518. 519. 520. 521. 522. 523. 524. 525. 526. 527. 528. 529. 530. 531. 532. 533. 534. 535. 536. 537. 538. 539. 540. 541. 542. 543. 544. 545. 546. 547. 548. 549. 550. 551. 552. 553. 554. 555. 556. 557. 558. 559. 551. 552. 553. 554. 555. 556. 557. 558. 559. 560. 561. 562. 563. 564. 565. 566. 567. 568. 569. 561. 562. 563. 564. 565. 566. 567. 568. 569. 570. 571. 572. 573. 574. 575. 576. 577. 578. 579. 580. 581. 582. 583. 584. 585. 586. 587. 588. 589. 581. 582. 583. 584. 585. 586. 587. 588. 589. 590. 591. 592. 593. 594. 595. 596. 597. 598. 599. 591. 592. 593. 594. 595. 596. 597. 598. 599. 600. 601. 602. 603. 604. 605. 606. 607. 608. 609. 601. 602. 603. 604. 605. 606. 607. 608. 609. 610. 611. 612. 613. 614. 615. 616. 617. 618. 619. 611. 612. 613. 614. 615. 616. 617. 618. 619. 620. 621. 622. 623. 624. 625. 626. 627. 628. 629. 621. 622. 623. 624. 625. 626. 627. 628. 629. 630. 631. 632. 633. 634. 635. 636. 637. 638. 639. 631. 632. 633. 634. 635. 636. 637. 638. 639. 640. 641. 642. 643. 644. 645. 646. 647. 648. 649. 641. 642. 643. 644. 645. 646. 647. 648. 649. 650. 651. 652. 653. 654. 655. 656. 657. 658. 659. 651. 652. 653. 654. 655. 656. 657. 658. 659. 660. 661. 662. 663. 664. 665. 666. 667. 668. 669. 661. 662. 663. 664. 665. 666. 667. 668. 669. 670. 671. 672. 673. 674. 675. 676. 677. 678. 679. 671. 672. 673. 674. 675. 676. 677. 678. 679. 680. 681. 682. 683. 684. 685. 686. 687. 688. 689. 681. 682. 683. 684. 685. 686. 687. 688. 689. 690. 691. 692. 693. 694. 695. 696. 697. 698. 699. 691. 692. 693. 694. 695. 696. 697. 698. 699. 700. 701. 702. 703. 704. 705. 706. 707. 708. 709. 701. 702. 703. 704. 705. 706. 707. 708. 709. 710. 711. 712. 713. 714. 715. 716. 717. 718. 719. 711. 712. 713. 714. 715. 716. 717. 718. 719. 720. 721. 722. 723. 724. 725. 726. 727. 728. 729. 721. 722. 723. 724. 725. 726. 727. 728. 729. 730. 731. 732. 733. 734. 735. 736. 737. 738. 739. 731. 732. 733. 734. 735. 736. 737. 738. 739. 740. 741. 742. 743. 744. 745. 746. 747. 748. 749. 741. 742. 743. 744. 745. 746. 747. 748. 749. 750. 751. 752. 753. 754. 755. 756. 757. 758. 759. 751. 752. 753. 754. 755. 756. 757. 758. 759. 760. 761. 762. 763. 764. 765. 766. 767. 768. 769. 761. 762. 763. 764. 765. 766. 767. 768. 769. 770. 771. 772. 773. 774. 775. 776. 777. 778. 779. 771. 772. 773. 774. 775. 776. 777. 778. 779. 780. 781. 782. 783. 784. 785. 786. 787. 788. 789. 781. 782. 783. 784. 785. 786. 787. 788. 789. 790. 791. 792. 793. 794. 795. 796. 797. 798. 799. 791. 792. 793. 794. 795. 796. 797. 798. 799. 800. 801. 802. 803. 804. 805. 806. 807. 808. 809. 801. 802. 803. 804. 805. 806. 807. 808. 809. 810. 811. 812. 813. 814. 815. 816. 817. 818. 819. 811. 812. 813. 814. 815. 816. 817. 818. 819. 820. 821. 822. 823. 824. 825. 826. 827. 828. 829. 821. 822. 823. 824. 825. 826. 827. 828. 829. 830. 831. 832. 833. 834. 835. 836. 837. 838. 839. 831. 832. 833. 834. 835. 836. 837. 838. 839. 840. 841. 842. 843. 844. 845. 846. 847. 848. 849. 841. 842. 843. 844. 845. 846. 847. 848. 849. 850. 851. 852. 853. 854. 855. 856. 857. 858. 859. 851. 852. 853. 854. 855. 856. 857. 858. 859. 860. 861. 862. 863. 864. 865. 866. 867. 868. 869. 861. 862. 863. 864. 865. 866. 867. 868. 869. 870. 871. 872. 873. 874. 875. 876. 877. 878. 879. 871. 872. 873. 874. 875. 876. 877. 878. 879. 880. 881. 882. 883. 884. 885. 886. 887. 888. 889. 881. 882. 883. 884. 885. 886. 887. 888. 889. 890. 891. 892. 893. 894. 895. 896. 897. 898. 899. 891. 892. 893. 894. 895. 896. 897. 898. 899. 900. 901. 902. 903. 904. 905. 906. 907. 908. 909. 901. 902. 903. 904. 905. 906. 907. 908. 909. 910. 911. 912. 913. 914. 915. 916. 917. 918. 919. 911. 912. 913. 914. 915. 916. 917. 918. 919. 920. 921. 922. 923. 924. 925. 926. 927. 928. 929. 921. 922. 923. 924. 925. 926. 927. 928. 929. 930. 931. 932. 933. 934. 935. 936. 937. 938. 939. 931. 932. 933. 934. 935. 936. 937. 938. 939. 940. 941. 942. 943. 944. 945. 946. 947. 948. 949. 941. 942. 943. 944. 945. 946. 947. 948. 949. 950. 951. 952. 953. 954. 955. 956. 957. 958. 959. 951. 952. 953. 954. 955. 956. 957. 958. 959. 960. 961. 962. 963. 964. 965. 966. 967. 968. 969. 961. 962. 963. 964. 965. 966. 967. 968. 969. 970. 971. 972. 973. 974. 975. 976. 977. 978. 979. 971. 972. 973. 974. 975. 976. 977. 978. 979. 980. 981. 982. 983. 984. 985. 986. 987. 988. 989. 981. 982. 983. 984. 985. 986. 987. 988. 989. 990. 991. 992. 993. 994. 995. 996. 997. 998. 999. 991. 992. 993. 994. 995. 996. 997. 998. 999. 1000. 1001. 1002. 1003. 1004. 1005. 1006. 1007. 1008. 1009. 1001. 1002. 1003. 1004. 1005. 1006. 1007. 1008. 1009. 1010. 1011. 1012. 1013. 1014. 1015. 1016. 1017. 1018. 1019. 1011. 1012. 1013. 1014. 1015. 1016. 1017. 1018. 1019. 1020. 1021. 1022. 1023. 1024. 1025. 1026. 1027. 1028. 1029. 1021. 1022. 1023. 1024. 1025. 1026. 1027. 1028. 1029. 1030. 1031. 1032. 1033. 1034. 1035. 1036. 1037. 1038. 1039. 1031. 1032. 1033. 1034. 1035. 1036. 1037. 1038. 1039. 1040. 1041. 1042. 1043. 1044. 1045. 1046. 1047. 1048. 1049. 1041. 1042. 1043. 1044. 1045. 1046. 1047. 1048. 1049. 1050. 1051. 1052. 1053. 1054. 1055. 1056. 1057. 1058. 1059. 1051. 1052. 1053. 1054. 1055. 1056. 1057. 1058. 1059. 1060. 1061. 1062. 1063. 1064. 1065. 1066. 1067. 1068. 1069. 1061. 1062. 1063. 1064. 1065. 1066. 1067. 1068. 1069. 1070. 1071. 1072. 1073. 1074. 1075. 1076. 1077. 1078. 1079. 1071. 1072. 1073. 1074. 1075. 1076. 1077. 1078. 1079. 1080. 1081. 1082. 1083. 1084. 1085. 1086. 1087. 1088. 1089. 1081. 1082. 1083. 1084. 1085. 1086. 1087. 1088. 1089. 1090. 1091. 1092. 1093. 1094. 1095. 1096. 1097. 1098. 1099. 1091. 1092. 1093. 1094. 1095. 1096. 1097. 1098. 1099. 1100. 1101. 1102. 1103. 1104. 1105. 1106. 1107. 1108. 1109. 1101. 1102. 1103. 1104. 1105. 1106. 1107. 1108. 1109. 1110. 1111. 1112. 1113. 1114. 1115. 1116. 1117. 1118. 1119. 1111. 1112. 1113. 1114. 1115. 1116. 1117. 1118. 1119. 1120. 1121. 1122. 1123. 1124. 1125. 1126. 1127. 1128. 1129. 1121. 1122. 1123. 1124. 1125. 1126. 1127. 1128. 1129. 1130. 1131. 1132. 1133. 1134. 1135. 1136. 1137. 1138. 1139. 1131. 1132. 1133. 1134. 1135. 1136. 1137. 1138. 1139. 1140. 1141. 1142. 1143. 1144. 1145. 1146. 1147. 1148. 1149. 1141. 1142. 1143. 1144. 1145. 1146. 1147. 1148. 1149. 1150. 1151. 1152. 1153. 1154. 1155. 1156. 1157. 1158. 1159. 1151. 1152. 1153. 1154. 1155. 1156. 1157. 1158. 1159. 1160. 1161. 1162. 1163. 1164. 1165. 1166. 1167. 1168. 1169. 1161. 1162. 1163. 1164. 1165. 1166. 1167. 1168. 1169. 1170. 1171. 1172. 1173. 1174. 1175. 1176. 1177. 1178. 1179. 1171. 1172. 1173. 1174. 1175. 1176. 1177. 1178. 1179. 1180. 1181. 1182. 1183. 1184. 1185. 1186. 1187. 1188. 1189. 1181. 1182. 1183. 1184. 1185. 1186. 1187. 1188. 1189. 1190. 1191. 1192. 1193. 1194. 1195. 1196. 1197. 1198. 1199. 1191. 1192. 1193. 1194. 1195. 1196. 1197. 1198. 1199. 1200. 1201. 1202. 1203. 1204. 1205. 1206. 1207. 1208.

le Christum in remedium eius, ergo intelligendum est Deum non voluisse hoc mysterium solum, quia occasio peccati oblata est & præcognita, sed potius est contraria, ideo permisum peccatum, ut ex illo occasione sumeret optimo modo se communicandi hominibus, ergo iam prædefinierat & voluera hoc mysterium, & ex intentione illius voluit permittere peccatum. Exemplum sumere possumus ex scriptura; cum Deus Ioseph constituit Principem Aegypti, utendo ad hoc bonum mala voluntate fratribus eius, qui eum vendiderunt. Non est enim existimandum Deum solum post præsumum illum peccatum fururum voluisse Ioseph fieri principem Aegypti, sed est contraria potius, quia statuerat Deum facere principem Aegypti, ideo voluit permittere peccatum, & illo malo bene vir ad suum finem consequendum: est enim hec multo altior ratio prouidentia, & magis digna Deo. Quam in peccatis crucifigentibus Christum, & interficiens martryes, & alii similibus videre licet. Ethos sensu di-  
cto frequenter Augustus Deum non permittere peccata nisi vir eis bona eliciat, ut pater in Enchir. ca. 96 & alias. Terrio potest hoc aliter explicari: quia videmus totius vniuersi creationem, dispositionem & gubernationem ad hoc eendere, ut numerus predestinationum impletur, & tandem omnia terminentur stabilito regno beatitudinis perpetuo dure-  
turo ex hominibus & Angelis complicito, quorum principes & caput sit Christus, ergo opimo & prudenterissimo ordine intelligimus primam voluntatem & intentionem suam posuisse Deum in hoc felicissimo regno prædestinationum, & propere illud prius fundandum, deinde paulatim augendum, ac tandem consummandum. voluisse conferre prius gratiam & iustitiam, deinde permettere peccatum, postea dare remedium, ac denique applicare illud, quibus erit efficaciter conferendum. Cösequen-  
tia pater ex illo principio, quod in prudenteris mo-  
do operandi executio responderet intentioni. Et quae sunt postrema in executione, præserit si fine per-  
seamabilius, & in ipsa executione principaliter inten-  
ta (quod dico ut pœnas damnatorum excludam) intentione priora sunt. Et confirmari potest, nam propere similem rationem docente cum Augustino fere omnibus Theologi, electionem prædestinationum ad gloriam esse priorem ipsa prædestinatione seu ra-  
tione mediiorum, adeo ut permisso peccati, quia ali-  
quaque modo confert ad executionem illius electio-  
nis, haec ratione censeatur posterior illa & effectus eius. Et propere tandem rationem proportionaliter applicatam, supposita supra dicta scientia conditio-

Electio pre-  
dictariorum  
ante permis-  
sionem pec-  
catis origina-  
lii  
D. Them.  
istimo communem sententiam Theologorum a-  
ferentium electionem hominum predestinato-  
rum antecessisse permissionem originalis peccati, qua-  
sionem pec-  
catis origina-  
lii  
men magis inclinare videtur. i. p. q. 23. art. 3. 4. & 5.  
clarior. q. 6. de verit. art. 2. ad 9. Errato est clara e-  
dictis, quia permittendo peccatum originale, velu  
parabatur via, vt tales homines saluarent infal-  
ibiliter supposita dicta prouidentia & prasentia  
Dei, ergo signum est totum hoc cecidisse sub dicta  
electionem hominum saluandorum, & fuisse esse  
etum eius, haec est enim quædam ratio altior prou-  
identie. Et saltem de Adamo non videetur proba-  
biliter negari posse, quin electio eius ad gloriam an-  
tecesserit permissionem peccati eius, imo & volun-  
tatem dandi illi gratiam & iustitiam in qua creatus  
est, nam in re ipsa haec omnia fuerunt media per quae  
consecutura est salutem, ergo omnia fuerunt me-  
dia prædestinationis, & electionis, in aliis autem  
prædestinatis omnibus, omnia media similia sunt  
effectus electionis eorum, cur ergo non multo magis  
idem erit in primo homine quem Deus creabat, ve-  
torius humani generis parent existeret? Ac dñeque

**A** de Angelis sanctis dubitari non potest, quin fuerint electi ante permissionem aliquius peccati, & fortasse permissionem peccati in malis Angelis fuisse esse. Etum electionis honorum, quatenus malorum peccatum, sicut bonis occasio majoris meriti & gloriarum: quod totum credendum est eccliside sub intentionem Dei, quia est altior ratio prudentiae, & magis consentanea sapientiae, eius: ergo multo magis idem sentendum est de Christi Dei & hominum electione, seu predestinatione: tum quia etiam per peccatum permissionem veluti parata fuit via, ut efficax Christi electio ad effectum perduceretur, tum etiam quia non est, cur credamus, Deum in prima illa voluntate, quia aeterno suo consilio statuit de regno beatitudinis fundando, de membris prius decreuerit quam de capite, tum denique quia ipsa rerum executio ostendit priorem intentionem, in Deo maxime, qui prudentissimo modo operatur. Videbimus autem omnes effectus gratis Dei, ipsam etiam permissionem peccati redundare in gloriam Christi, ergo signum est hanc fuisse primo intentam,

Et ex hoc discursu sumitur noua confirmatio, Christus quæ potest esse quarta probatio conclusionis, quia causa extrema Christus Dominus causa exemplaris & finalis est pluris prædestinationis & electionis aliorum, sed electio aliorum, hominum, & prædestinatione intelligitur antecedere permissionem peccati, & per se pertinere ad eam voluntatem, quia Deus voluit scipium hominibus comunicare, ergo multo magis electio & prædestinatione Christi ad eandem voluntatem pertinet, & in ea primum locum obtinet, quanquam causa ceterorum, C Maiorem quoad utramque partem docet. D. Thom. D. Thom. infra q. 24. ar. 3. & 4. sumitur exilio ad Roman. 8. Rom. 8. Quos præsul, & prædestinatione conformes fieri imaginis Filij sui, vt sit ipse primogenitus in multis fratribus: quanquam enim D. Thomas, Adamus, & alij locum hunc de filio vt Deo interpretentur, quoniam filij adoptiui naturalem filium imitari debent, & ad illius similitudinem conformari: tamen de Christo ut homine exponunt Chrysostom. Hieron. Ansel. ac fere alij Græci & Latin. quoniam (vt dictum est) Christus non dicitur proprio primogenitus in multis fratribus: vt Deus, sed ut homo. Sensi ergo Pauli est omnes prædestinatos electos esse, vt sine Christo homini conformes in gloria, vt ipse sit tanquam prima mensura ceterorum. Vnde Orig. lib. 7. super Origenem, ad Rom. per imaginem filij, animam Christi intelligi, quæ speciali ratione imago filij dicitur, quia eum in se integræ suscepit, illumque perferatissime referat. Ad hanc ergo imaginem dicitur debere alios conformari iuxta illud. 1. Cor. 15. Sicut portauimus imaginem terreni, portemus & imaginem cœlesti. Et de gloria corporis dicitur ad Phil. 3. Reformati corpus humiliatur nostra configuratur corpori claritati sue. Nec vero dicit potest prædestinatos fuisse electos, vt sine Christo conformes in gloria, solum, quia in re ipsa huiusmodi conformitatem habituri sint, & nō, quia talis conformitas fuerit per se intenta in prima electione: hoc enim modo etiam possent dici prædestinati conformes in gloria angelo, vel B. Virginem, at vero Paulus aliquam specialem dignitatem Christi voluit illis verbis explicare, nimis quod sicut est primum principium in genere gratia, ita est etiam primum exemplar, & metrum ceterorum, non quia indigeret Deus exemplari veluti extrinseco, quo in sua actione dirigeretur, sed quia ex parte obiectorum voluit vnum esse primum ad cuius similitudinem alia formarentur. Imo non desunt qui existimant, etiam in ipso esse naturali Christum ut hominem esse exemplar ceterorum hominum, Tertul. ita exponentes illud Gen. 1. Faciamus hominem ad imaginem & similitudinem nostram. Quod indicauit Tertul. lib. aduersus Præxam. cap. 12. & lib. de Re-

litr. carn. cap. 7. & significant Athanaf. q. 89. ad An-  
tioch. Cyril. lib. 1. cont. Julian. Orig. hom. 1. in Gene.  
Irenaeus libri. 1. con. hæres. c. 1. & lib. 4. c. 59. & alij quos  
referunt Lypom. in Caten. & tractant late Eugub. in  
Cosmog. Oleari. & Cather. Genes. 1. Sed alij sunt  
veriores illius loci expositiones, quas ijdem Patres  
attingunt, maxime Athanaf. eodem lib. q. 88. Tertul.  
libr. de Baptis. c. 5. & lib. 2. cont. Marcion. ca. 6. Chry-  
soft. August. Eucher. & alij ibi, & latius differunt. 1.  
p. q. 93.

*Chrysostomus  
predicationis  
predicatio  
sermonum immi-  
nitatis*

Altera vero pars de causa finali facile ex dictis  
constat, quidquid enim gratia & gloria hominibus  
collatum est, id totum in Christi gloriam & hono-  
rem refertur: sed quod est causa omnium effectuum  
prædestinationis est in eo genere causa prædestinationis & electionis, vt ex 1. p. q. 23. constat, ergo. Ma-  
ior quod iustificationem ipsam definit est in Tri-  
dent. sess. 6. c. 7. & sub iustificatione omnes disposi-  
tiones a prima vocatione comprehendit, vt constat  
ex contextu, vnde Ioan. 12. conuersionem gentium  
ad fidem Christus vocat glorificationem suam dic-  
ens: *Venit hora ut glorificetur filius hominis*, vt August.  
tractat. 51. & 52. notauit, & hoc modo ait, *Glorificari Christum in membris suis*. Deinde quod ipsam glorifi-  
cationem electorum cedat in gloriam Christi, patet ex  
Ioan. 17. vbi Christus petet glorificationem suam,  
in hoc illam ponit, *Ut omne, inquit, quod dedi sibi, det illi vitam eternam*. Quia hoc totum ad gloriam eius  
refertur, quod indicauit Cyril. libr. 1. in Ioan. capit.  
15. Nec vero satisfacit quod prima sententia supra  
indicabat, verum quidem esse omnes effectus gra-  
tia, qui sunt in nobis, referri in Christum tanquam  
in finem, hoc tamen non esse ex primaria intentio-  
ne Dei, arque adeo negare ex prima ipsa electione  
prædestinationum: sed quasi ex secundaria & super-  
addite relatione post oblatam occasionem peccati:  
hoc enim in primis (vt supra dicebam) non est con-  
fentaneum perfectissimo modo, & rationi diuinæ  
prouidentiæ: deinde non consonat verbis Pauli E-  
phes. 1. dicentis. *Prædestinavit nos per Iesum Christum in ipsum*, vbi illæ duæ particulae, *per*, & *in*, diuersas habi-  
tudines causæ indicant, scilicet meritioram & fia-  
lem. Vnde paulo superius dixerat: *benedixit nos in omni benedictione spirituali in coelestibus in Christo*, sicut ele-  
git nos in ipso ante mundi constitutionem. Vbi significat  
properea omnem benedictionem spiritualem) per  
quam effectus gratia significantur) datum nobis esse  
in Christo, quia in eodem electi sumus quod etiam  
significatum est a Paulo illis verbis prima Corinth.  
tertio. *Omnia vestra sunt, vos autem Christi, Christus vero Dei*. Et illis ad Romanorum octauo. *Vt sit ipse pri-  
mogenitus in multis fratribus*. Ibi enim vtramque cau-  
salitatem coniunxit, exemplarem & finalem. Vbi  
Anselmus inquit, *Vt sit primogenitus, id est, primatum habens in collegio sanctorum, & hereditatem patris iure suo obtinens, alij fratribus distribuat*. Et eandem senten-  
tiam indicat Chrysostomus homil. 66. & 71. in Ioan-

nen. omnes ad gloriam ordinavit? præsertim cum o-  
mnes etiam effectus, qui ab illa generali voluntate  
proueniunt, vt sunt illi qui sunt in reprobis, ad Chri-  
stum, vt ad finem, & exemplar referantur. Tertio  
denique quia saltem de Adam, non potest verisimili-  
ter negari, quin fuerit per se electus ante originale  
peccatum, vt supra ostensum est. Et hinc potest  
confirmari hæc ratio, quia, vt supra diximus expo-  
nentes literam D. Thom. Adam etiam in statu in-  
nocentia habuit gratiam per Christum, ergo nece-  
sse est intelligere etiam pro illo statu in Dei mente  
Christi electionem & prædestinationem antecesis-  
se. Quod argumentum variis modis conantur di-  
luere, qui contrarium opinantur, sed eos omittit,  
quia ex supradictis in præcedentibus dubio faciliter ei-  
ciuntur, & quia in sequentibus iterum occurrit oc-  
casio amplius vrgendi idem argumentum.

Dico secundo. In primo signo, & prima voluntate, *Secunda*  
qua Deus voluit unionem hypostaticam, voluit *conclu-  
sione*, illam determinate in tali persona, & in tali natura,  
scilicet, in Verbo & hac humanitate: *Hæc assertio Union hypo-*  
*sis* est contra quartam sententiam super relata; & est statica fomi  
communis Theologorum, nam, licet differant in ratione defini-  
definendo signo, & primo motu volendi incar-  
nationis, nullus tamen eorum distinxit inter unionem,  
Verbi incarnatus, nullus tamen eorum distinxit inter unionem,  
hypostaticam & incarnationem, neque inter  
illam confusam voluntatem & determinatam. Et  
probatur primo, quia omnia testimonia Scriptura  
sacra, in quibus fundari potest hæc excellens præ-  
destinationis Christi, loquuntur non tantum de vi-  
tione hypostatica in communi, sed de Verbo diu-  
no, seu sapientia Incarnata, vt patet ex Prover. 8. Ec-  
cles. 24. ad Rom. 8. & 1. ad Corin. 3. ad Ephes. 1. &  
ad Coloss. 1. & ad Heb. 2. Cum ergo de diuina prouiden-  
tia modo, & de primo decreto diuina voluntatis,  
potissimum sit ex Scriptura iudicandum, non  
potest probabili fundamento dici, Deum prius se-  
cundum rationem voluisse unionem hypostaticam  
in ea abstractione quam incarnationem diuini Ver-  
bi. Secundo ille modus prædefinitionis abstracta  
& confusa non potest conuenienter attribui diuina  
voluntati, nam in primis imperfectionem in volu-  
naturam revidetur, si in ipsa aliquod habet fundamentum.  
quia talis modus voluntatis supponit in intellectu  
confusam cognitionem rationum uniuersalium. Di-  
catur non tribui Deo hunc modum voluntatis pro-  
pter fundamentum quod in ipso habeat, sed propter  
nostrum modum concipiendi, & vt declaremus in  
illa communione unionis hypostaticæ abstractæ  
& præcisæ conceptæ esse aliquod motuum magis  
independens a peccato, quam sit in incarnatione  
propriæ & in particuliari sumpta, sicut dicere etiam  
solemus, prius secundum rationem voluisse Deum  
se ad extra communicare, quam hanc vel illam  
creaturam in particuliari producere; & prius volu-  
isse voluntate antecedente omnes homines salua-  
re, quam in particuliari aliquem efficaciter elegerit.  
Sed hæc responsio non satisfacit, repugnantiam eni-  
m inuoluit, quod illa voluntas confusa vere tri-  
butur Deo, & quod in re non habeat fundamen-  
tum, sed tantum in nostro modo concipiendi.

Aliud est enim, nos concipere diuinæ, & de illis  
loqui modo nostro, in quo potest esse aliqua propri-  
etas, quæ non est in re concepta; aliud vero est, ob-  
iectivæ concipere in Deo, eique aliquid attribuere,  
quod in re non sit. Primum enim verum est, & non redi-  
dit falsam conceptionem nostram; secundum vero  
non potest esse sine falsitate: quia conceptionis non est  
conformis rei conceptæ, quo sensu verum est illud  
commune axioma, vnumquodque debere concipi  
sicut est, vt vere concipiatur: ergo, quoniam nos  
confuse concipiamus ea, quæ sunt in Deo, tamen  
non possimus ei vere tribuere voluntatem obie-  
cti confusi, vt priorem etiam secundum rationem.  
volu-

volitione obiecti particularis. Et consequenter non posset bene intelligi, Deus prius secundum rationem voluntatis personam diuinam vni hypostaticè, quam hanc personam in carnari aut è conuerso prius voluntatis intellectualem naturam assumere, quam humanitatem. Alioqui non prius secundum rationem voluntatis humanitatem, in communis, quia hanc humanitatem priusque vellet dare gratiam quam hanc gratiam, & sic de aliis similibus. Quamuis ergo hec obiecta vniuersalia dicatur priora subsistat de consequentia, seu prioritate indepedentiae, aut quia in eius reperitur abstractio praecisiva, non propterea existimandus est Deus prius versari circa vniuersalia, quam circa particularia, quia, cum prius omnino distinctissime intelligat, non incipit velle etiam secundum rationem ab vniuersalibus & confusis, sed omnino distincte & in particulari vult, quidquid vult, & rationes vniuersales vult in ipsiis particularibus, sicut etiam rationes communes cognoscit, distincte cognoscendo particularia, hic enim modus ad maiorem perfectionem spectat, eam in intellectu, quam in voluntate.

Vnde in exemplo illo de voluntate se communica  
candi ad extra falsum est, prius ratione Deum ha  
buisse illam voluntatem confusam, sed solum no  
telligere possumus, illam voluntatem esse priorem  
confusam, consequentia secundum precisionem  
& abstractionem nostram, non vero, quod in aliquo  
signo rationis intelligatur Deus prius habere volu  
tatem illius obiecti confusi, quam determinata. Quo  
potest exemplo humano declarari ac confirmari  
quando enim homo intendit dignitatem aliquam  
sue cathedram, vel aliquid simile obtinere, ita in pa  
rticulari determinando voluntatem suam ad hoc ob  
iectum, vt nullum aliud simile intendat, tunc non  
potest vere dici, huiusmodi hominem prius secun  
dum rem vel rationem intendisse dignitatem in co  
muni, quam hanc in particulari, quia neque volu  
ntatum illud obiectum confusum sumpsum, neque  
prius voluntatem suam determinauit ad rationem  
illam communem, ex generalibus rationibus, &  
deinde speciales rationes excoigitauit, propter quae  
ad hoc particulari obiectum voluntatem suam in  
clinavit, sed simul sibi proposuit motivum. Volend  
hoc particulare obiectum & rationem communem  
solum voluit vt in illo contractam, ita vero se ha  
buit Deus in ea voluntate, qua se voluit ad extra  
communicare, simul enim per scientiam simplicis  
intelligentiae proposuit voluntati suae omnes mo  
dos possibiles se se communicandi, distinctissime &  
in particulari cognitos, & per primam determinationem liberam voluntatis suae hunc modum com  
municationis voluit, quem executioni mandauit.  
Quapropter in huiusmodi determinatione libera  
non possumus distinguere duos actus etiam rationes  
distinctos, ita vt per unum tendat Deus in obiectum  
confusum, & per alium in obiectum particularē, in  
quo est magna differentia inter hanc actum, & il  
lum, quo Deus vult duo obiecta particularia distin  
cta, scilicet finem & media, quem recte concipimus  
& partim in duos rationes distinctos, & consequen  
ter conciperemus possumus unum vt priorem alio in a  
liquo signo rationis, quod in alio actu non recte co  
cipitur, vt declaratum est, & pro toto hac materia di  
ligenter est annotandum.

Et ex eadem doctrina declarandum est aliud exemplum quod adducebatur de electione hominum in communione velin particulari, non enim est intellectum prius secundum rationem ordinasse Deum ad gloriam homines in communione, & postea hos in particulari, vel prius efficaciter decreuisse ut aliqui saluarentur, postea vero in particulari nos elegisse hic enim modus concipiendi diuinam voluntatem tribuendo Deo huiusmodi actus ratione distinctos neque certus, neque in re habet fundamentum.

**A**declaratum est. Potius ergo dicendum est, Deum voluisse ordinare speciem humanam ad gloriam, in his individuis, verbi gratia, in Adamo & posteritate eius, & similiter decreuisse efficaciter, ut aliqui saluarentur; non aliter, quam eligendo hos in particulari, & ita in nullo prioris rationis est confusio in illo obiecto, prout ad illud libere terminatur diutina voluntas, quamvis nos per terminos confusos & virtuosa feras illud explicemus. Vnde etiam notari potest alia differentia in praedicto exemplo, nam in illo esse posset aliquid fundamentum ex parte nostra aditum loquendum, ibi enim est multitudo quzdam obiectorum, quam nos vno communi & confuso termino comprehendimus, & ita nos conceipimus illud commune obiectum ut prius, quia vniuersalia sunt modo nostro cōcipiendi priora, saltē secundum esse essentia seu possibile, at in praesenti obiectum est vnicum & singulare tam ex parte naturae assumptꝫ, quam ex parte personæ vnitæ, nol illum ergo est fundatū, etiam ex parte nostra ad concipiendum illum ordinem.

concepientium inum ordinem.  
Tertio argumentari possumus contra predictam sententiam, quia falso supponit, omnes rationes seu motiuia assumendi humanitatem potius, quam aliam naturam, & volendi vniونem in Verbo diuino, prius quam in alia persona, sumpta esse ex peccato, & præterea male inde colligit, prius esse prædefinitam vniونem hypostaticam vel sic, quam incarnatiонem. Prior pars constabat late in inferius quæst. 3. art. 8. & disput. 12. sect. 1. vbi ex multis congruentiis, quas afferimus, ob quas persona Filii, potius quam alia, incarnata est, plures sumuntur ex proprietati bus Filii; & procedunt independenter a peccato, & in superioribus etiam similes rationes adduximus, ob quas humana natura, potius quam alia, assumpta est; vt verbi gratia, quod ipsa se quodammodo continet omnem creaturam. Quocirca omnes discursus supra facti ad ostendendum, Christum fusisse in primo signo prædefinitum, sumptu ex optimo modo prouidentia diuinæ, & ex dispositione rerum omnium in mente Dei, & ex causa exemplari & finali, procedunt in particulari de Christo Deo homine, & non tantum in communis de Deo natura intellectuali vniōne, ergo non est necessarium præintelligere motuum peccati, vt intelligamus rationem aliquam ob quam Deus prædefinuit in eo primo signo vniونem hypostaticam, non tantum in communis, sed etiam in tali persona & in tali natura. Posterior pars probatur; quia, licet ex parte rerum nulla esset ratio aut congruentia assumendi potius hanc naturam, quam aliam, Deus ex solo suo beneplacito potuisse, hanc naturam præ alias eligere; abhinc ailio ordine, & quasi progressu nostro modo intelligendi. Sicut voluit Deus, incarnationem perficere in hac numero humanitate potius quam in aliis, non quia intelligamus, prius Deum voluisse assumere humanitatem, deinde vero specialem cōgruentiam in hac humanitate, potius quam in aliis invenire, & ideo eam præ alias elegisse; hoc enim falsum est, nulla enim ratio aut congruentia ex parte talis naturæ præcessit, sed ex solo diuino beneplacito præ alias electa est, vt Augustinus dixit in libro de prædestina, Sanct. & inferius, quæstio. secunda videbimus. Unde non prius voluit Deus humanitatem assumere, quam hanc humanitatem, licet non ex speciali motuio, sed ex arbitrio suæ voluntatis, ita ergo, licet ante præscientiam peccati nulla ex parte obiecti præcessit ratio ad assumendam potius naturam humanam, quam Angelicam, vel à persona Verbi magis quam Patris, vel Spiritus Sancti, nihilominus potuit Deus sola sua voluntate vtrumque statuere ac determinare, statim ac voluit vniونem hypostaticam efficiere.

Atque ex hac ratione expeditum est fundamen-  
tum illius sententiae, falsum enim assumit, & non  
rege

*Solumentum fundatum & opiniuntur.* recte infert: ut declaratum est. Exemplum autem A quod ibi assertur de voluntate Incarnationis aboluta & in carne passibili, non est simile. Primo quia dem, quia obiectum prioris voluntatis non est abstractum vel confusum, sed determinatum & distinctum, nimirum, hoc cunctio in hac natura & in hac persona, & cum his conditionibus, quae per se & intrinsece conuenienti huic naturae, seu per se intendantur in illa per modum finis, & boni per se ac ultimae intenti, conditio autem illa carnis passibili pertinet potius ad ordinem executionis, & solum per accidens conuenit occasione peccati. Vnde sumitur alia ratio differentia, quia coaditio hae carnis passibili non est ex his bonis, quae Deus per se elegit & voluit, sed potius pertinet ad malam peccati, quae non ex solo libero benefacito, sed ex iusto motu Deus volunt, & ideo supponit necessario praeventionem peccati. Tria vero corollaria, quae praedicta sententia inferebat, tam sunt falsa, quam fundamentum, cui nituntur, & illo ablatu, facile ruit. Et re vera est parum consentaneum Scripturis differentiam in hoc constitutre inter Deum & Verbum, quod Verbum veneris propter nos & propter redemtionem nostram, non tam Deus, aut quod in primo decreto unionis hypostaticae non ostendit Deus specialem amorem ad humanam naturam. Talis enim distinctio, aut vestigium eius, nullum in scripturis habet fundamentum, sed semper eodem modo sit sermo de Incarnatione, & de hypostaticae unionis seu assumptione carnis vel humanitatis, immo nunquam aliis verbis sit mentio huius mysteriorum, nisi his, quae habitudinem ad carnem seu humanitatem inuolant: & pro eodem reputatur, quod Verbum, vel Deus venerit ad homines redimendos sanguine suo. Vnde sancti omnes supra citati eodem modo loquuntur de Incarnatione Verbi, & unione Dei, & specialiter Leo Papa vniuersalissimi terminis vobis est, cum dixit. Si homo in sua natura integritatem manifester, creator hominem, creatura non fieret, non ergo consequenter loquuntur, nec sensum Sanctorum aut D. Thom. declarant, quin hae realiter de Verbo, & altere de Deo loquuntur.

*Im. 10. 1. 1.* Dico terrib. Licit Christus Dominus fuerit dilectus seu prae destinatus in primo signo, & primo decreto liberus voluntatis diuinæ, non tam solus, sed simul cum ipso fuerunt præordinari aliae creaturæ, quæ ad essentialiæ, & consummatam perfectionem vniuersi pertinent, tam in ordine naturæ, quam gratia. Explicatus prius hæc assertio, & deinde probabitur. Dupliciter enim concipere possumus, Deum voluisse Christum Deum hominem in illo primo signo, quo se voluit ad extra communicare. Primo ut nullum aliud obiectum creatum in illo decreto fuerit comprehendens, ut sensisse videtur Catherinus, & Lycetus in 3. distinct. 7. quæst. 3. videatur in hunc modum sententiam Scotti interpretari. Secundo, vñ illo primo decreto intelligentur etiam alia comprehendendi, cum quibus habet Christus aliquam connexionem, non tam ex natura rei, quam ex intentione Dei, ita omnia disponentes, ut per modum integræ obiecti voluerit hoc totum vniuersum constans ex illo triplici ordine rerum, naturæ, gratiae, & unionis hypostaticæ, & similiter simul voluerit totum beatitudinis & prædestinatiorum regnum, cuius Christus est caput. Dicimus ergo, hanc Christi prædestinationem non priori, sed hoc posteriori modo esse intelligendam. Primo quidem, quia omnia testimonia Scripturæ, & sanctorum quibus supra ostendimus, Christum habuisse primum locum in illo primo decreto diuinæ voluntatis, eundem nobis proponunt ut principem & caput omnium, & ut autorem salutis & gloriae prædestinatiorum, ergo non fuit (vtrum dicam) solitarius prædestinatus & electus; sed cum habitudine & connexione ad res alias.

Sectundo, hic modus prædestinationis est magis conformis diuinæ sapientiæ & bonitati, magis que in CHRISTI gloriam cedit. Quod si ostendo, nam communicatio DEI ad extra per natum, gratiam, & unionem hypostaticam, comparari potest ad DEVM, seu ad manifestationem diuinæ gloriae, tanquam medium ad finem, vel tanquam finis proximus actionum seu operum DEI. Si priori modo concipiatur, quamvis incarnationis sit opus, quo DEI sapientia & bonitas summe manifestatur intensius, vt sic dicam, tamen extensius & adequate magis manifestatur in toto vniuerso, illo triplici rerum ordine constante: ergo hoc adquatum medium elegit Deus in illo primo signo iuxta perfectam rationem sapientiæ suæ ad manifestandam gloriam suam, si autem posteriori modo obiectum illud concipiatur, sic etiam per extensior & exactior erit intentio illius finis, si in obiecto illo hæc omnia comprehendantur, nam, qui perfectæ & adquæ intendit aliquem finem, non solum substantiam finis, ut sic dicam, sed etiam accidentia, & debitas circumstantias, nimirum temporis, locum, modum & similitudinem sub tali intentione comprehendit. Sic ergo, licet Deus in illo signo voluerit Christum ut finem aliarum rerum, tamen voluit illum cum angelorum & hominum societate: & imperio, & consequenter etiam voluit celestem locum, rotumque vniuersum, in quo perpicio regnaret: atque hac ratione totum hoc cedit in malorem Christi gloriam, magisque diuinam sapientiam declarat.

*Dicēs, quomodo ergo Christus dici potest pri-*  
*mus prædestinatus, seu præordinatus ante omnem*  
*creataram.* Responderi potest, Christum appellari in eo ordine primū negative tantum, quia nullus ante ipsum, non tamen positiue, quia cum eo fuerunt simul alii prædestinati: & ex quo primo voluit DEVS omnes illos tres modos communicaendi se per naturam, gratiam, & unionem hypostaticam, quia omnes sunt per se amabiles, & similius in pere se ac proxime ordinabiles ad manifestationem intelliguntur, diuinæ gloriae. Addo deinde, CHRISTVM fuisse primo prædestinatum prioritate finis, quamvis non sine connexione cum rebus aliis, vnde cum dicimus simul cum CHRISTO fuisse res alias in eo decreto comprehensas, illa particula simul, excludit prioritatem in subsistendi consequentia, & indicat connexionem aliarum rerum cum CHRISTO non vero excludit prioritatem in ratione finis. Sine causa enim aliqui negant DEVM in illo primo decreto formaliter & expresse retulisse omnia ad CHRISTVM, ut ad finem proximum, sub DEO, ex parte unum rerum omnium, sed solum virtute & implicite: hoc enim neque ex parte DEI est necessarium, aut rationi consentaneum, quia perfectissime omnia habet præsentia, & omnia ordinatae disponit, & ideo non est illi necessaria implicita ordinatio, cum simul possit explicite ac formaliter id præstare. Neque etiam ex parte Christi, aut aliarum rerum, id est necessarium, nam licet omnes potuerint immediate ad manifestatiōnem diuinæ gloriae referri, tamen perfectius hoc sit cum habitudine & ordinatione ipsarum rerum inter se. Et maxime cum habitudine naturæ & gratiae ad unionem hypostaticam vñ ad finem, quia cum ipsam et diuina persona in ea communicatione unionis hypostaticæ intrinsecè comprehendatur, illi debitum est, ut cetera omnia ad illam ut ad finem referantur. Nequilla duo repugnant, scilicet, CHRISTVS esse primum in genere finis, & habere connexionem cum aliis, nam vñ supra dixi, prioritas rationis in genere causa finalis, non semper infert prioritatem in subsistendi consequentia. Atq; hinc confirmari potest assertio posita, quia alias sequetur, ex

vi præsentis decreti, Verbum Dei fuisse in carnandum, etiam si vniuersum creandum non esset, neq; homines vel angeli prædestinandi aut beatificandi: consequens autem est per se incredibile, & nullum habet fundamentum, melius ergo intelligimus Christum ita fuisse prædestinatum ut finem aliarum rerum, ut tamen sine illis non fuerit futurus ex vi talis decreti.

Obiectio

Responsio

Alia obie

Responsio

Dices, hæc connexio non est nisi inter finem & media necessaria: at vero res alia, ut verbi gratia, angeli vel homines prædestinati non comparantur ad Christum ut media ad finem, sed potius se habent, ut partes eiusdem finis, quatenus constituent unum integrum regnum vel vniuersum. Item obiecti potest, quia Christus ordinatur ad alia ut ad finem, scilicet, ut ea perficiat, vel glorificet, &c. ergo etiam alia potuerunt dici priora Christo in genere finis. Responderit, sicut in humano corpore per se primo intenditur totum, & omnes partes ordinantur ad totum ut ad finem: & similiter partes ipsæ inter se secundum diuersas rationes & inuenient possunt ad inuenient ordinari, nihil enim obstat, quo minus hoc modo possint duo esse sibi inuenient fines secundum diuersos respectus vel rationes, ut supra etiam declaratum est: simpliciter tamen omnes partes corporis ad caput ut ad finem præcipuum ordinantur: ita dicendum est de toto vniuerso, in quo Christus Deus homo sub Deo est caput & finis præcipuum exterarum rerum, quoniam simul ad eas perficiendas ipse ordinatur. Vnde sub hac ratione res omnes, quatenus ad gloriam Christi ordinantur, media vocari possunt, quoniamus habitudo ad finem latius extendi possit, quam medium propriæ & in rigore sumptum: subiectum enim, quod sine fructu, ordinatur ad illum, non propriæ ut medium sed ut recipiens finem formalem, & attingens finem obiectum: & similiter pars ordinatur ad totum, non propriæ ut medium, sed ut componentes ipsum finem: sic ergo omnia possunt dici ordinari ad Christum, non quia sunt propriæ media, sed quia omnia Christo inseruntur, & in eius gloriam & honorem cedunt; ipse vero ordinatur ad alia, ut ea perficiat potius, quam ut ab eis perficiatur; & ipsam earundem rerum perficiatio in eiusdem Christi gloriam tandem redundat; & ideo ipse est simpliciter primus in genere finis.

Sed potest tandem obiecti, quia ordo naturæ est prior essentia, quam ordo gratie, cum gratia naturaliter supponatur, & viceque ob eandem causam est prior, quam vno hypothatica: ergo non possunt hæc omnia esse simul in illo primo signo rationis, quo voluntur Deus se ad extra comunicare. Patet consequentia, quia dictum est, per illum particulam, simul, excludi prioritatem in subiectu etiæ consequentia, at vero in præsenti, ordo gratie infert ordinem naturæ, & non est conuerso, & similiter vno hypothatica infert ordinem gratie, & non est contrario. Quod si dicas hoc esse verum considerando hos rerum ordines secundum se, seu in esse possibilis, non vero ut cadunt sub etiæ intentionem agentis, nec ut futuri ex vi talis diuinæ decreti: contra hoc est, quia etiam hoc modo gratia supponit naturam, non enim potest aliquid ordinari ad aliquem finem, quin supponatur, ut præexistens, vel prænolitus ante etiam finem, tunc non potest intelligi, Deum aliquos homines eligere ad gloriam, nisi prius intelligatur præsece illos esse futuros, iuxta illud, *Quos præsidiuit, hos prædestinavit.*

Respondeatur, in primis, quod attinet ad ordinem gratie, & vniuersis hypotheticæ, illum nullo modo hunc supponi, neque ex natura rei, neque ex intentione Dei agentis, neque in eodem subiecto, neque in diuersis, quin potius in eodem subiecto seu eadem natura vno hypothatica supponitur gratia

A sanctificanti, tam in ordine executionis, ut infra quod vno hypothatica non supponit ordinem gratie, videbimus, quam in ordine intentionis, ut ex dicto constat, quia gratia data illi naturæ ad vniuersum hypothaticæ ut ad finem ordinatur, ut fit veluti deus, & ornamentum eius, atque eadem ratione in diuersis subiectis ordo gratia supponit etiam ordinem vniuersis hypotheticæ in genere finis, quia, ut dictum est, omnis gratia, tam angelorum, quam hominum ad Christum ut ad finem ordinatur, quamvis in ordine executionis ordo gratia in multis subiectis antecelerit vniōnem hypothaticam, non solum tempore, sed etiam per modum dispositionis aut aliqui meriti, ut videbimus quæstione sequente.

Quid vero attinet ad ordinem naturæ, respectu eiusdem subiecti, vno hypothatica supponit quidem naturalem entitatem humanitatis assumendæ; respectu vero aliarum rerum esse naturale illarum, vel per accidentem habet ad hypothaticam vniōnem humanitatis, vel ad summum, requiri potest, ut ab eis talis humanitas aliquo modo cauteretur. Sed nihil horum obstat sententia à nobis proposita, quia ex rebus suis in ordine primo signo, in ordine vero quod sicut prædestinata incarnatione, fuisse etiam prædestinata creationem vel productionem animæ, seu humanitatis assumendæ; & similiter fuisse simul

Ordo naturæ, quam in Christi humanitate, quoniam in rebus aliis, præsertim quantum cum hoc mysterio habent connexionem; non tamen est necesse, ut prædefinitione, aut præscientia ordinis naturæ antecelleret prædefinitionem huius mysterij, sed satis est, quod in vna prædefinitione habeant connexionem, ita ut sub eam altera cadat ut finis qui, seu cuius gratia, altera ut finis cui, seu ut subiectum quod ordinatur ad finem, aut alium similem modum connexionis habeant. Atque hinc fit ut præscientia talis rei ut futura ad illam prædefinitionem non supponatur, sed potius consequatur. Vnde cum dicatur, non posse aliquid ordinari ad aliquem finem, vel ad aliquod bonum, nisi supponatur vel præexistens, si intelligatur de existentia possibili verum est, sed non ad rem; si vero intelligatur de existentia ut futura est falsum, quia satis est, quod ipsam existentia subiecti simul ad talen finem ordinatur, quod quoad hoc habet cum illo necessariam connexionem in intentione agentis, immo habet quandam rationem finis, cui formalis & ob extiū finis intenditur, quod idem est acesse subiectum ordinatum ad finem obtinendum seu illo frumentum. Quocirca maiorem connexionem habet subiectum cum fine assequendo, respectu intentionis agentis, habeat cum modis, per quæ acquirendus est, quia finis non intenditur, nisi aliqui subiecto, neque subiectum nisi in ordine ad talen finem, & ita quasi integrat unum finem, & ad ea quatum obiectum illius intentionis ut sit, & expresse sub illam cadunt cum mutua habitudine inter se in ratione cause materialis & finalis, seu in ratione finis, ut qui, seu cuius gratia, media vero magis extrinsece comparantur ad intentionem finis tamquam effectus eius, & ideo non est necesse ut in ea formaliter includatur, sed virtutem tantum. Hoc ergo ratione voluntas: qua aliquod subiectum ordinatur in finem, non necessario supponit, etiam secundum rationem & præcisionem mentis præscientiam futuræ existentia talis subiecti, aut aliam voluntatem, qua illius subiecti existentia præordinata sit, sed illomet actu, quo ordinatur ad etiam finem, ordinatur etiam ad existendum sub illo, ut in illo exemplo de dilectione prædestinatorum, non est necesse, ut talis dilectionis supponat præuisam existentiam eorum ut futuram sed ut possibilem tantum, quia per illammet dilectionem ordinatur ad existendum sub talis fine, neque aliter est amata eorum existentia, quam properat talen finem. Eodem ergo modo in præsente voluntas creandi mundum in esse

esse natura non est prior simpliciter, quam voluntas perficiendi illum per esse gratia, vel quam voluntas exaltandi illum per vniōnem hypostaticam, sed hec omnia habuerunt inter se connexionem, & constituerunt vnum veluti ad quatum obiectum illius primi decreti diuini, ut explicatum est.

*Vluntas in carnatione purificans peccati*  
Arque hinc sequitur primo, si inter se conferamus voluntatem incarnationis & voluntatem permittendi peccatum, in genere causa finalis voluntatem incarnationis fuisse priore, quia licet comparando has voluntates ad totum vniuersum (ut faciebat tercia opinio supra citata) id est, quatenus obiecta illarum voluntatum ordinantur ad constitutendum perfectum vniuersum, in quo sint omnes rerum ordines, & omnes modi operandi, &c. licet inquam sub hac comparatione inter illas voluntates res non sit, imo se habeant ad modum vnius simplicis voluntatis: tamen comparando inter se obiecta talium voluntatum, ordinem inter se habent, ut hoc quasi finis sit: illud vero medium, haec intentio, illa electio. Id quod satis inter probandum praecedentes conclusiones explicatum est, quia peccati permissionis ad incarnationem ordinata est, quo altius fieret atque convenientius. Et confirmatur etiam ex dictis, quia voluntas dandi gratiam Adae, simpliciter est prior quam voluntas permittendi peccatum. Hoc enim se habent (veita dicam) sicut habitus & priuatio: sed voluntas incarnationis antecedit voluntatem conferendi gratiam ipsi Adae, quippe cum in Christo & per Christum data est, videntur. Nec dici potest in re datam fuisse illam gratiam per Christum, tamen voluntatem dandi illam, quae fuit per modum intentionis, non fuisse in Christo quia oftensum est ipsam etiam electionem ad iustitiam fuisse per Christum, in cuius gloriam magis hoc credit perfecti, rique modo explicat ipsius diuinæ prouidentiæ rationem, quæ alio modo vix potest concepi, nisi fingendo multa voluntaria & sine fundamento. Et simile argumentum sumitur ex fide in incarnationis data Adae in statu innocentia, nam illa fuit vnum ex donis gratiae, & iustitiae collata illi in eo statu, vnde in illo signo in quo intelligimus voluntate D E V M Adae gratiam conferre, intelligimus voluntate peccatum hanc. Atque cum hæc fides incarnationem certè supponat, necessario sit, ut voluntas dandi gratiam Adamo supponat voluntatem incarnationis. Nec potest hoc solu nisi fingendo in quodam priori signo voluntate Deum dare fidem Adæ & aliorum mysteriorum, & in alio posteriori voluntate quasi extendere illam ad incarnationem, quod & gratia omnino dicitur, & ordinem ac modum diuinorum consilij, & prouidentiæ non satis explicat, & quandam imperfectionem, & confusionem videtur attribuere diuinæ voluntati, ut supra in simili declaratum est. Dicitur vero aliquilicet verum sit in genere causa finalis antecessisse voluntatem incarnationis permissionem peccati, tamen in genere causa materialis permissionem fuisse priorem, quatenus illius voluntatis occasio fuit. Sed proprie nulla hæc fingi potest ratio causa materialis. Quia sic peccatum fuisse occasio incarnationis, potius ad finalem causam esset reuocanda, quia nihil aliud est esse occasionem, quam mouere Deum ad misericordiam, & ad remedium tantum. Vnde de dicto ipsum remedium peccati esse finem, peccatum vero ipsum sub hoc fine claudi tanquam occasionem eius. Quod si vocetur materialis causa solum quia est velut materia circa quam remedium hoc versatur, non est contendendum, quia erit quaestio de modo loquendi, quamvis materia circa quam, potius habeat rationem obiecti, & obiectum ad finem reuocetur. An vero repugnet incarnationem esse simpliciter primæ in ratione finis, & nihilominus peccatum esse occasionem eius & ita etiæ præcedere aliquo modo in ea ratione, item an voluntas incarnationis

ita sit prior voluntate permittenti peccatum, ut tamen sit cū illa necessario connexa, dicam in sequentibus.

Secundo ex dictis infertur, quid dicendum sit de ordine inter voluntatem incarnationis, & præscientiam peccati originalis, si etiam loquamur proprie de præscientia futurorum, quæ est per scientiam visionis, quæ videntur futura tanquam præsentia eternitatis, claram est ex dictis voluntatem incarnationis antecessisse præscientiam originalis peccati, quia hæc præscientia supponit voluntatem permittendi peccatum, quæ posterior est voluntate incarnationis. Si autem loquamur de præscientia illa, quasi conditionata, certum etiam est hanc præcessisse voluntatem incarnationis, quia hæc (ut dictum est) omnem Dei liberam voluntatem antecedit. Quocirca si verum est per hanc scientiam non solum de aliorum voluntatibus, sed etiam de sua cognoscere Deum, quid amarura vel faœtura sit, præsulatione quæ illam videat actu volenter: hoc (inquam) posito, consequenter fit, ante habitum liberum decretum de incarnatione facienda præscientiæ Deum (hoc præscientiæ genere) lapsum evenerunt in humano genere, sed huiusmodi præscientia non mutat ordinem voluntatis, nec rationem prouidentiæ procedentem nostro modo concependi ex intentione finis ad mediorum dilectionem, quia illa scientia generaliter omnia sub se comprehendit, & eodem modo præscivit D E V S ante omnem decretum liberum suum voluntatis, fore, ut velit incarnationem, & permissionem peccati, & redemptionem humani generis, & alia similia, quæ tamen omnia præscivit futura eo modo & ordine quo futura erant. Vnde in hac eadem scientia prius ratione quam intelligamus Deum præscivisse peccatum futurum, intelligimus præscivisse prius, se illud permisurum; & rationes omnes, propter quas illud erat permisurus, & consequenter præscivisse præsens se volitum in incarnationem per modum finis, ad quem erant cuncta referenda.

An vero hæc prioritas inter voluntatem incarnationis & præscientiam peccati, sit etiam cum independentia vnius ab alio, vel cum connexione ad alia, quæ in tercia opinione tangebantur, in sequentibus sectionibus tractanda sunt, & ideo nihil de illa amplius dicere oportet, quia in reliquo non discordat. De quarta vero opinione satis dictum est. Fundamentum vero primæ opinione soluendum est ex illa distinctione data, de ordine intentionis & executionis. Fatemur enim, Deum operatum esse mysterium incarnationis propter remedium peccati, quod solum probat omnia quæ in suum favorem cogerit illa sententia. Negamus tamen inde fieri ordinem intentionis hanc fuisse primam rationem, quia Deum mouerit ad volendum seu prædestinandum in incarnationis mysterium, quod quia speciale habet difficultatem, commodius in quarta sectione tractabitur in qua distinctius omnibus argumentis illius sententia satisfaciemus.

## SECTIO III.

*Vlrum in primo signo rationis, in quo prædestinatus est Christus Deus homo, sit etiam prædestinatus Redemptor hominum per passionem, & mortem suam.*

**D**IFFICULTAS huius questionis oritur ex dictis in secunda dubitatione. Dictum est enim Christum esse prædestinatum D E V M hominem ante permissionem originalis peccati, sed ante præsumum peccatum non indigebamus redemptore, ergo in illo signo non fuit prædestinatus redemptor. In

N. con-